



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria VI. post Domin. IV. Quadragesimæ. 27. Lazarus in sepulchro animas
Purgatorijj præfiguratur. 2. Ad quas liberandas sacrificium Missæ
opportunitissimum est remedium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

xerint, mors sit omnino desiderabilis & gaudiosa; tales enim ex morte nequicquam terrentur, sed mortem læto & hilari vultu expectantes dicunt cum Apostolo: *Cupio dissolvi & esse cum Christo*. Vobiscum igitur o probæ & sanctæ animæ loquitur, vosque ad libenter & ultro citroque moriendum graviter exhortatur S. Basilius, dum ait: *Ne formidatis mortem, non enim corruptio est, sed vitæ causa, non est interitus penitus, sed transitus ad honorem*. Et postea subiungit: *Vester exitus & hinc decessus pretiosus est & illustris, non omnium hominum, sed eorum qui sanctè & iuste vitam hanc transegerunt*. O quam dulce est mori, quam grata mors est animæ illius, quæ paradisi appetum videt, circumdantes eam Angelos Deumque eam ad gloriam dalciter invitantem: *Econtra verò quam horrenda & formidabilis est mors illius, qui aperiri sibi videt*

Basilius in lib. 2. f. 115.

infernum, condemnantemque se Deum & demones eum ad tormenta pollutantes clare conspiciat. Talis mors sanguineis est lachrymis exploranda, non verò mors bonorum, de qua Christus viduæ dicebat: *Noli flere*. Agedum legitur discursum huic illis Poetæ dictis concludendum, quibus mortis utriusque, id est, tam iusti, quam peccatoris qualitates pulchrè delineat dicitur:

*Mors optanda bonis, male timenda est
Illis vitam aliam, hu dat in de mortem:
Illis lætitiâ, his parat dolorem,
Æternoque beat bonos Olympo;
Æterno cruciat malorum orco.*

Vos ex duplici hoc mortis genere, alterorum quod magis vobis placuerit, eligite, & abire in pace.

S E R M O XXVII.
IN FERIAM SEXTAM
DOMINICÆ QUARTÆ
QUADRAGESIMÆ.

Venit Iesus ad monumentum, erat autem spelunca, & lapis erat ei. Auferat: Tolle lapidem. Joan. cap. II.

OMnes tam Gentiles quam barbari, quolibet anno diversa Religionis & pietatis opera circa mortuorum suorum sepulchra atque cadavera exhibere communiter consueverunt, hoc lugubri cæremontiarum apparatus præsupponentes, opera illa aliquod animabus defunctorum illorum refrigerii genus conciliare. Appianus Alexandrinus magnificentiam exequiarum quas instruebant, nec non & victimarum occisurarum copiam ad stuporem usque recenlet: *Cadaver magnificentiſſimis inſtratum veſtibus in altiſſima pyra cremabant, caſſique multiſtis hoſtibus tum equites tum pedites per turmas in orbem decurrerent cum armis barbarico more viriatum celebrabant*. Et Suetonius dicit gentiles circa sepulchra mortuorum solemniter anniversaria celebrasse per hastiludia

Appian. Alexand. l. de bel. Hispan.

vel equeſtris prælii ſimulachra: *Exercitus bono vario ei tumultum excitavit, circa quem deſcripto ſtato die quotannis miles decurreret*. Cui quoque ratione quanta cum pompa ad tumultum Neoptolemi funerals celebrata fuerint, clare facit fert Heliodorus, dum ait: *Sepulchrum Neoptolemi pompa circumvit, & tertio Ephebi equi puerum circumveſti*. Sic quoque ſeſta ſuæcra que Trojæ ventium togos facere ſolebat, hiſce veſtibula magno Martone deſcribuntur.

*Ter circum accenſos cuncti fulgentibus armis
Decurrere reges &c.*

Similiter de populis Platenſibus Gregor. Cyrilli ſcribit, quod manibus peremptoribus et vitæ dæ-

hinc inferri; tum procedente tibicino vehicula
lorre & hyrio supra cum coronis sequebantur,
quos lacus, rivos, & olei libationes succedebant: mox
prope iudicium turpata, servus eiecisset, taurum
ante hyram immolabat, lovemque ac Adricurium
decuratui, eorum matres, qui pro patria occu-
pant, ad caena epulas convocabat, eratere libans
viam, adque se defunctorum manibus propinare
prohibeat. Alii super tumulos mortuorum di-
versis ciborum epularumque genera, simulac vi-
nae que inveniri poterant pretiosissima deferte
solent, sperantes fortasse quod per ejusmodi
delectationes epulas & fercula cognatis & amicis
convocent in altera vita egellate laborantibus
subvenire aliquid ratione possent, quod S. August.
valde detestatus dicit: *Mror cur apud quosdam
sepulchra hodie tam perniciosus error increverit, ut
super tumulis defunctorum cibos & vina conse-
rant, quasi ex illis de corporibus animas carnales ei-
us preparant.* Ad haec scimus referente sancto
Hieronymo, quod mariti conjugum suarum se-
pulchra honorare soliti fuerint, ea uliis, rosis, vio-
lis, aliisque floribus obtegendo & exornando.
Ceterum mariti super tumulo conjugum spargunt
vitis, lilia, floresque purpureos & dolorem pe-
nitentis officii consolantur. Apud Gethas (si
Alexandrio ad Alexandro credimus, mos solem-
nitate, ut mortuo marito conjux ad ejus se se-
pulchrum reciperet, pretiosa qua poterat velle
habere, ibidemque manu proximi consanguinei
reciperet in honorem mariti sui, ut sicut in vita
amore conjuncti fuerant, ita quoque mors eos-
dem simul in una eademque tumba conjunge-
ret. *Circa erat iste mos, ut viro defuncto, praeipue
maxime cultu, maximo cultu ornata ad tumulum
suum, & a propinquiore maestri, eodemque tumulo
locari deo eat.* Verum enim vero quid de genti-
liis loquor, qui licet barbari essent, homines
civitates erant? Ipsamet quoque Bruta sese erga
parentos pietate aliqua fovete non obsecus
argumentis indicant. Refert enim Petrus de
Natalibus, quod aves circa corpus Simeonis Mo-
nachii in castris locutusque quasi vocibus cir-
convolantes, hac cantus sui in castris aliquas ei-
us vites fuerint celebrare voluisse exequias: *In Si-
cilia, ut a. mox exequiis aves circa corpus volantes, quasi
vocalibus eum desebant.* Idem quoque apud Dio-
scoridum de aquila quadam legitur, quae vasa est supra
Dial. 16. castrisque corpus Augusti: *Aquila ex eo rogo emis-
sa volavit, quasi animam Augusti in caelum se-
rens.* Apes quoque ut scribit Plinius: *Defunctas
proprum, funeranturque more comitantur exa-
bolati Quadragesimalis.*

quas. Simili modo vasa est in canibus, mira qua-
dam fidelitas cum petate conjuncta, nam dum
cadavera Hieronis & Lyfimachi in rogo arde-
rent, amorum canes in rogam eundem insilen-
tes una cum ipsis concremati fuerunt: Hieronis &
Lyfimachi canes accensis rogis Dominorum in
flamma se iniecerunt & uno incendio arsisse tradunt.
Leones quoque circa sanctum poenitentis A-
gyptiacae corpus mitos exercuerunt pietatis
actus, nam coram Abbate Zosimo rugibus suis
miserabiliter planxerunt, terramque una cum
Zosimo excavantes honestam ei sepulchram
prepararunt: *Deposita omni feritate illi religiosissi-
simae feminae pium officium funeris impenderunt,
affirmat Abuleasis.* Id quod etiam corpori S.
Pauli i. Eremitae accidisse legitur. Ac proinde
cum Gentiles, Barbari, imo ipsamet quoque
bruta pietatis officium exercuerunt circa mor-
tuos, multo magis Christianum decebit, ut erga
miserorum defunctorum animas in purgatorii
atrocissimis poenis detentas charitativum sese
exhibeat. Hocce argumentum a fortiori S. Am-
brosius adducit, ad fideles excitandos, ut anima-
bus illis quae velut aurum in flammis purifican-
tur, suffragia suis succurrant: *Fera hanc huma-
nitatem defunctis corporibus detulisse produntur,
homines denegabunt?* Atque ideo salvator noster
voluit ut circumstantes suam quoque operam
in resurrectione Lazari adhiberent, auferendo
lapidem sepulchro Lazari incumbentem: *Tollite
lapidem, per hoc nobis demonstrans, nostrae quo-
que obligationis esse, ut per sanctae matris Ec-
clesiae suffragia defunctorum animabus succur-
ramus; inter quae longe utilissimum praeter
caeteris est sacrosanctum Missae sacrificium anima-
bus in purgatorio existentibus applicatum, pro-
nunc in praesenti discursu videbimus, cui vos cum
silencio & attentione assistere velim.*
2. Nihil est in Scriptura Sacra quod anima-
bus purgantibus melius adaptari possit, quam
haec in hodierno Evangelio de Lazaro descripta
historia. De Lazaro namque dicitur quod lan-
guens fuerit: *Quidam languens Lazarus, & ani-
mae purgatorii languentes sunt & dolentes.* La-
zarus duas sutores habebat. Mattham & Magda-
leam: Anima purgatorii gratiam Dei habet &
spem. Lazarus amicus Christi erat: *Lazarus ami-
cus noster:* sunt quoque animae purgatorii ami-
cae Dei. Habebat Lazarus vultum coopertum
sudario: *Et facies ejus erat sudario ligata:* anima-
bus quoque purgatorii obvelati sunt oculi per
privationem visionis Dei. Lazarus manus pe-
delque

Alexan. ab
Alex lib. 3.
dier. gen.
cap 7.

Abul. 3.
Reg. c. 11.

D. Ambr.
lib de Tobia
cap. 15.

Handwritten notes in red ink, including the word "Lazarus" and other illegible characters.

pedesque ligatos habebat *ligatus manus & pedes in suis*: animæ quoque in purgatorio pedes ligatos habent, quia non possunt abire in paradisi: manus quoque earum ligatæ sunt, quia nulla opera meritoria facere possunt. Mors Lazari dulcis quidam somnus erat: *Lazarus amicus noster dormit*, de his quoque qui in gratia Dei moriuntur dicitur, quod placidè in somno pacis obdormiscant: *Et dormiunt in somno pacis*. Lazarus à Christo resuscitatus est; Animæ quoque liberantur à pœnis purgatorii in virtute sanctissimi Sacramenti iis applicati & pro illis æterno Patri in altari per manum Sacerdotis oblatis, juxta decretum Concilii Tridentini: *Cum Catholica Ecclesia in hac Oecumenica Synodo docuerit Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum verò acceptabili Altaris sacrificio iuvari, præcipit sancta Synodus, &c.*

Concil.
Trid. sess.
25. de pur-
gat.

D. Thom. 3
part. 9. 7. 9.
art. 7. in
corp.

in Canon.
Missæ.

Wisdom.

Alphonf.
de Oros. tr.
in Cant.
Magisf.

3. Observanda autem hic est doctrina S. Thom. dicentis, hoc sacramentum duobus modis considerari posse, scilicet vel in quantum est sacramentum, vel in quantum est sacrificium: *Quantenus in hoc sacramento præsentatur passio Christi, qua se obtulit hostiam Deo, habet rationem sacrificii, quatenus verò traditur in visibilis gratia sub visibili specie habet rationem sacramenti*. Illis qui id effectivè recipiunt, utilis est & per modum sacrificii, & in ratione sacramenti, unde in Canone Missæ dicitur: *Quotquot ex hac Altaris participatione sacrosanctum sibi tui corpus & sanguinem sumperimus, omni benedictione celesti & gratia repleamur*: aliis verò qui illo realiter non cibantur, cujusmodi sunt animæ purgatorii, utilis est per modum sacrificii in quantum offertur pro salute earum. Unde in Canone dicitur: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis sue*. Et tamen non recipiant Sacramentum, ejus tamen effectu minimè privantur, siquidem utilis illis est ad mitigandos ardores, eaque à pœnis omnino liberandas. Unde Alphonsus de Oroso super illa verba: *Pinguis est panis Christi, dicit: Adeo pinguis est, ut nudum vivum sit sacramentum, sed etiam mortuis, & in purgatorio erui iacet sit sacrificium, & juxta doctrinam D. Thom. 3. part. quæst. 72. art. 2. Sacramentum Eucharistia liberat hominem à purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato.*

4. S. Joannes Evangelista in spiritu habentis vidit multas animas sub Altari, confitentis erantque hæ animæ servorum Dei, qui in confessione Catholica fidei prædicando Verbum Dei sanguinem suum per manum tyrannorum & carnificum intrepido animo effuderunt: *Sub Altare animas interfectorum præparatum Dei. Apoc. 6.* Verum dicat aliquis, cum mortuum sit animas eorum qui in gratia Dei moriuntur ire vel ad purgatorium vel ad calum, quomodo animæ horum martyrum subus Altare vise dicuntur? nunquid pro illis aliquid superest magis proportionatus? Sicut quidem quod S. Thom. una cum Glossa ordinaria dicit: *Modo anime SS. sunt existentes subus Altare, id est in minori dignitate, quam sunt futura*. Ac verò S. P. N. Augustinus doctissime respondet, quod animæ separatæ nullum inveniunt locum possunt, qui pœnis quas patiuntur majus adferat negotium, quam stare subus Altare, super quo Sacerdote Missæ sacrificium celebratur. Unde Spiritus sanctus per illa verba nihil aliud nobis vult insinuare, quam quod sacrificium Altaris animabus purgatorii sacrificium sit longè utilissimum Audite doctrinam S. Augustini: *Quid reverentius, quid honorabilius dici potest, quam sub illa arca requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ. Recte igitur sub Altari justorum anime requiescunt, quia ipse Altare corpus Domini offertur. Convenientiusque est, quasi pro quodam censorio ibi spiritus concreta est, ubi mors Domini quotidie celebratur, ut qui propter mortem ejus mortui fuerant, sub sacramenti ejus mysterio requiescant.*

5. Verba illa quæ à Sacerdote in officio Missæ pro defunctis dicuntur, iniqui ea attentius ponderant difficultatem quandam gigantes possunt: *Domine Iesu Christe Rex gloria, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundis lacu*. Ceterum est quod hæc verba non sunt intelligenda proprie de inferno, in quo nulla est redemptio, sed intelligenda sint de purgatorio. Docet enim nos S. Thom. quod *locus purgatorii est locus inferior, infernus, conjunctus, ita quod idem ignis sit, qui damnatos cruciat in inferno, & qui justos in purgatorio purgat*. Et S. Gregorius Papa ait: *Sub dote ignis palea frangit, & aurum ruilat*; atque idem Ecclesia dicit: *Libera animas de pœnis inferni*. Veronamen hoc per modum transiuntis obiter dictum esto: mea namque difficultas in verbis sequentibus tantum consistit, quibus dicitur: *Libera*

de ore hominis, ne absorbeat eos tartarus, ne cadant in obscurum, sicut enim perciperem quidam per illa verba Tartarus & obscurum intelligatur. Non enim per illa infernus intelligi potest, quia animæ que sunt in purgatorio securæ sunt, & extra omnem timorem positæ, neque enim metum habent quod ex purgatorio cadere possint in obscurum, sive Tartarum inferni, & sic oratio & precor Ecclesiæ foret superflua & frustra, quod dici non debet. Neque per obscurum & tartarum purgatorium intelligi posse videtur, si modo dicitur Ecclesiæ bene ponderemus: Ne absorbeat tartarus, ne cadant in obscurum. Si enim a tartaro purgatorii effectivè & realiter absorpti sunt, quomodo dicit: Libera eos, ne absorbeat eos tartarus? Et si jam de facto in obscurum purgatorii ceciderunt, quomodo animas liberari poterunt, ne cadant? Si Ecclesiæ pro illis animabus roget, que agonizantes, in prociectu sunt ut sepeantur a corpore, tunc facile intelligi ejus verba possent: Libera eos, ne absorbeat eos tartarus, ne cadant in obscurum. Jam verò de facto eorum emigravit, & lapsæ sunt in obscurum, quæ potius tartari sunt absorptæ. Quam igitur explanationem aut solutionem huic adhibemus, nisi contrarij existimo sanè, quod dum Sacros Missam pro illis animabus celebrare incipit, animæ illæ benedictæ tantam sentiant consolationem & refrigerium, ac si è flammis liberatæ, educatæ essent. Orat igitur Ecclesiæ: Absorbeat eos tartarus; id est, ut pœnæ illæ animas diligendas de novo non vigeant; sed potius S. Michael Archangelus descendat, easque in purgatorium perducendas è purgatorio eripiat. Et sicut S. Michael repræsentat eas in lucem sanctorum, quod idem est, ac si diceretur, quod quamvis sacerdos continuat celebrare Missam, anima illa, cui sacrificium applicat, nullum dolorem sentiat, imò tali perfundatur gaudio, ac si in cælis ubi cum reliquis beatis Deum contemplantur. Hugo Ethicianus animam quandam loquentem introducit, quæ ad veritatis hujus confirmationem expressum perhibet testimonium: Propter auxilia, offerte pro nobis hostiam redemptoris, cum talibus suffragiis pœna nostra mitigantur, et talis locus quieti aperitur, & verum locum facit divinis, quod erat nobis absconditum, post hoc illud est.

ego de utroque distinctè discutram, siquidem tamen corpus ex se, quàm sanguis animabus purgantibus plurimum conducunt. Unde quoad corpus imprimis notandum est, quod S. Paschasius sacratissimam hostiam, vocet Denarium triticum; Idemque denarii nomen eidem hostiæ attribuit, auctor libri qui inscribitur Gemma animæ, dum ait: Panis in modum denarii formatur. Porro conjicere vix possum, unde hi Scriptores petiti sunt, quod sacratissimæ hostiæ hunc titulum attribuerint; quæ enim conventio aut similitudo intercedit inter hostiam & monetam, sive denarium? quænam est inter hæc duo analogia, sive proportio? Vix equideam responsiones adduci possunt in medium? Denarius namque pro omnibus necessitatibus, quæ occurrere possunt, cerum est remedium; si enim propter debitam in vinculis hæreas, per denarium obtines libertatem. Porro animæ in carcere purgatorii coactæ tenentur, nec inde egredi possunt donec contracta apud Deum debita exolverint; usque ad minimum quadrantes; Sanctissimum autem Sacramentum Denarius triticus dicitur, quia moneta quædam est per quam satisfacit Deo, & per quam animæ purgatorii libertatem tandem obtinentes ad cælestis patriæ gaudia ingrediuntur. Hac tamen expositione prætermittam accipiamus hunc terminum Denarius, non tanquam monetam, sed tanquam numerum, de quo Bongus dicit, quod significet vitam æternam, quam desideramus, & pro qua hic laboramus. Hoc enim sensu nobis fortasse insinuat, quod animæ illæ pro quibus à Sacerdote Missa offertur, in ejus virtute, æternam paradisi vitam obtineant. Præterea idem Scriptori affirmat, quod denarius significat consummatam tribulationem, & hac de causa fuerunt decem plaga Egyptiorum, ut qui in peccando nihil sibi reliquum fecerunt ad summam malitiam, omnibus punirentur modis, perfecto que peccatorum numero punirentur. Uade existimo S. Paschasium sacram hostiam hoc nomine Denarius triticus appellando, dicere voluisse, quod dum Deo pro animatum purgantium debitis offertur, cessent mox eorum miseræ, omniaque tormenta: Denarius significat consummatam tribulationem.

Bongus de n. 40. fol. 91.

Idem c. de denar.

Verum ex quo Sacerdos in Altari corpus & sanguinem Salvatoris distinctè offert, licet in sanguine per commixtionem etiam corpus concitatur, & in corpore patet sanguis, idè &

7. Nullus equidem est qui dubitare possit, quin omnes cærimonie, quæ in celebratione Missæ adhibentur, mysticæ sint, easque actiones quæ in passione & morte Christi JESU acciderunt, repræsentent; Ideoque solum unam, camque præcipuam vobis ponderandam

randam hoc loco proponam, nimirum sacrifici-
simam hostiæ elevationem, dum eam Sacerdos
post consecrationem immediatè in altum ele-
vat. Quo sine etenim id fieri existimatis: Di-
ceris forsità id fieri eo sine ut Christus Dominus
noster, sub speciebus Sacramentalibus constitutus,
ab omnibus fidelibus sacrificio assistentibus
adoretur, vel ad representandam elevationem
agni immaculati quæ ab Hebræis in monte
Calvaria facta est in Cruce. At verò S. Bo-
naventura ad sublimiores conceptus penetrat;
Dicit enim: Ponamus esse duos exercitus inter
se acriter præliaturos, moventur tympana
turbæ resonant lituæ, vexilla fluctuant per æra,
resplendent enses, copiæ militares rediguntur
in suas benè ordinatas acies, fremunt equi, mi-
lites moræ impatientes redduntur, mutuis ad
certamen se provocant vocibus, urgentur, irru-
unt, dimicant, globi plumbei per æra circum-
quaque volitant, è profundo concavorum me-
tallorum sinu ignis violentiæ ejaculati. Ferrum
hostile generosa ducum animositate dexterinè
vibratum, in illo Martis ardentis tempore sævi-
tiet suæ specimen edit, ut sibi super quævis alia
metalla crudelissimi titulum acquirit: tormenta
znea ab orificio suo in unico momento, horri-
bili cum fragore simul & semel ignem & fumum,
fulgura, tonitrua, fulmina, ferreamque grandi-
nem evomentia perterrefaciunt, & in extremam
formidinem & confusionem redigunt inimi-
cum exercitum, ingenti astra nebula caligine
obvolvuntur, confunditur cum pulvere fumus,
dissolvitur in militari acie ordo Mathematicus,
commixtusque inter se exercitibus, hic manus
cum hoste generosè confertit, ille formidine &
pavore pennis, stationes suas multi deserunt, a-
lii pede firmo constanter persistunt, hic ferro
graviter vulneratus languescit, ille sanguini
proprio innatas ex sanguis contabescit, alter in-
ter cadaverta agonizat, alius in terram collapsus
æquorum succibus proteritur; Tandem verò
terminato conflictu ex una parte Dux genera-
lis exercitus desideratur: usque ad adversariorum
manibus in captivitatem abductus, ex altera ve-
rò parte desideratur major pars militum quæ
adversarius cessit in prædam: Illi adversariorum
Ducem captivum habentes eundem in vicinum
deducunt montem, ut inde ab inimico exercitu
perspicuè conspici possit, magnis elatissime vo-
ciferationibus Ducem suum eis ostendendo,
dicunt: Ecce Ducem vestrum generalissimum

in potestatem nostram plenè redactum, si illam
à nobis redimere, animus fuerit, nolite eos
reddite milites, his enim in pristinam libertatem
deus assertis vestrum quoque vobis restitu-
mus Ducem; Hacque occasione inter se merito
paciscentes in eo conveniunt, ut hi milites, qui
verò Ducem pristinæ libertati iterum restituant.
Enim verò, o Auditores, contineam quæ in hac
vita degimus, contineam ferè militiam ægrotam,
siquidem *militia est vita hominis super terram*.
Ehem à quot inimicis vita nostra oppugnatur!
Tribulationes, ob debita perpeffi carceres, pau-
peritas, infortunia, infirmitates diuturnæ, salubres
dolores, tristitia tanquam veluti in divitiis pul-
træ militiam conscripti milites nos continere ob-
sident: nos adversus Deum per culpas nostras
luctamur; Deus autem per supplicia & pœnas
acriter præliatur: Veruntamen certamen illud
in morte utriusque terminatur, quando utriusque
num videmus militiam Christianæ adducto mi-
lites in carcere purgatos detineri captivos: Et
altera verò parte cœlestis militiæ Dux generalis
intra Sacerdotis manus detinetur captivus: ut
proinde eo tempore quo Sacerdos sacrificium
sufficiens, cœlestem Principem super spectaculum Sa-
cramentalium tentorii abscondendum manibus
suis post consecrationem in altum elevat, ipsius
audie videor dicentem: Ecce hic ducem ve-
strum in manibus nostris veluti captivum consti-
tutum, si illum recipere desideretis, reddite nobis
milites nostros, libertatem fidelibus fratribus no-
stris restituite, quos in purgatorio carceribus in-
ter acerba tormenta victos tenetis. Unde Deus
per misericordiam suam desiderio nostro con-
descendens, animas illas liberat esse pronuntiat,
eisque ab obliquitate tenebrarum ad gloriæ lu-
cem, a pœnis ad gaudia, ex tormentis ad serene
beatitudinis felicitatem pientissimè transfert.
Est hic conceptus S. Bonaventuræ hinc veritas
expressus: *Et levavit ergo Sacerdos corpus Christi in
altari, quasi dicit: Ecce quem totus mundus captivum
non potest, captivus noster est. Ergo cum non nos
tenemus, nisi quod petimus prius obtineamus, ergo
num cœlesti ab eo acceptamus.*

8. Et revera, in sacrificio Missæ nulla est
actio, quæ sum non habeat significatum ac-
que mysterium, quod tamen ex multis possem
exemplis deducere, ex plurimis tamen unum
in medium adducam. Scitis igitur, & quoti-
die videtis quod Sacerdos hostiam consecra-
tam in tres partes dividat, ex quibus duas in præ-
super

super patrem collocantur, tertia autem calici in-
 jecti commiscetur cum sanguine. Porro Guilli-
 elmus Durandus (in rat. div. off. l. 4 c. 57. n. 4.)
 dicit, hanc fractionem correspondere divisioni
 illi, qua Christus in conspectu duorum discipu-
 lorum in Emmaus eorum panem divisit: *Re-
 cepit enim panem benedixit, et fregit, et fru-
 stravit, et dedit illis, et illi comederunt, et
 cognoverunt Christum sequens panem sacrosanctum
 in duas partes partitur.* Quod verò deinceps una
 particula in calice, una cum sanguine petiscea
 ad unum quod Christus corpus non fuit sine san-
 guine, nec sanguis sine corpore. Vel hæc actio
 significat unitatem animæ et carnis, qua in Re-
 surrectione Christi denotata sunt unita. Porro to-
 tum hoc ad majorem hujus ceremonie in-
 telligentiam innotare voluit. Verum enim ve-
 ro ad principalem punctum de tribus partibus quæ
 sunt, descendamus. Et quidem S. Bonaven-
 tura ita respondet, nimirum quod prima parti-
 cula servatur beneficium illorum Christiano-
 rum, qui in hac vita inter adversitates vitam du-
 cant. Secunda quæ in calicem mittitur est pro
 illorum Beatorum spirituum qui in cœlesti Pa-
 tris gaudent, æterna gloria celebranda: ter-
 tia autem pars ait, quod ad illorum animatum
 exitum effertur quæ in purgatorio inter
 cense decidentur, ut quod citius fieri potest,
 illi incendii liberentur, atque ad æternæ bea-
 tudinis gaudia in cœlos abeant: *Prima pars
 pro Christianis qui affliguntur et patiun-
 tur, altera reservata in calicem effertur ad lau-
 dem et gloriam Sanctorum, tertia pro his, qui in
 purgatorio sunt, ut a penis citius liberentur, ab-
 solvantur et gloriam sicut ceteri Sancti persuan-
 tur. Denotat in tempore passionis et mortis Chri-
 sti JESU, multa acciderunt admiranda prodi-
 gia, prout facti Evangelistæ referunt, nam Sol
 obscuratus est, obtebrata est Luna, tenebræ
 totam ætem obscuritate sua obscurant, hinc
 suo patre, hinc æternus est velum, terra contre-
 mota, ipsa quoque sepulchra ultra citroque a-
 perta sunt, et mortuorum ossa in sepulchris de-
 licta inter se reuinita sunt, et spiritibus vi-
 tibus reuivificata, animæque è Limbo ad illa
 demum corpora regressæ eadem ad novam vitam
 reuivificatae: Et monumenta aperta sunt, et
 multa corpora Sanctorum qui dormierant, surre-
 xerunt: Matth. 27. Eiusmodi facti Scriptores
 diligenter investigant, quomodo resuscitari po-
 tuerunt, et cuius virtute animæ ad illa corpora*

informanda redierint: Etenim id naturaliter
 fieri non poterat, siquidem ut Philosophi do-
 cent: *Aprivatione ad habitum non datur re-
 gressus.* Ac proinde hic videtur corpo-
 rum resuscitatorum effectus, non tamen agnos-
 sci potest resurrectionis illorum causa efficiens.
 Sanctus Matthæus enim solummodo dicit,
 quod mortui illi resuscitati atque è monumen-
 tis suis post Christum resuscitatum egressi fue-
 rint: *Euntes de monumentis post resurrectionem
 ejus, venerunt in sanctam civitatem, id est, in-
 quit Dionysius Carthusianus ibid. art. 44. In
 die Paschæ, in qua simul cum Christo resurre-
 xerunt. Unde autem tot corporum resurre-
 ctio suam habuit originem? sacram Genesim in-
 grediamur, qualenam præceptum decrepuit,
 & moribundus Jacob Josepho filio suo impo-
 suerit: Dicit igitur sanctus hic Senecio: Tu
 nosti affectum meum, quo à die quo in hunc
 mundum natus es, usque ad præsentem diem,
 quocursum vitæ complectus sum, te o mi Jo-
 seph sum profecutus, in hujus igitur dilectionis
 recognitionem unicam duntaxat gratiam à te
 peto, in quam uti spero & desidero, haud gra-
 vare condescendes, nimirum ut verbum quod
 dicturus sum, posita super femur meum manu
 tua sanctè te servaturum & adimpleturum esse
 jures: *Si inveni gratiam in conspectu tuo pone
 manum tuam sub femore meo, et facias mihi
 misericordiam et veritatem.* Id autem quod
 super quævis alia desidero est, ut corpus meum
 hic in Ægypto sepulchuræ nequaquam mandes,
 si d potius hæc ossa mea in terram nostram, in
 sepulchrum majorum meorum transferas: *Ve
 non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum
 Patribus meis, et auferas me de terra hac, con-
 dasque in sepulchro majorum meorum.* Verum
 enim verò semper à vitis gerendarum rerum ex-
 pertissimis dici auctori, curandus esse cuilibet,
 ut eo modo vitam suam instituat, ut animæ
 post mortem omnia bene eveniant, ceterum
 quod ad corpus attinet, parum refert, ubicun-
 que sepeliatur, & sive in aëre, sive in terra, in
 mari, vel in flammis consumatur pro eodem ha-
 beri, & tamen Jacob tantam habet corporis sui
 curam, ut filius suus sub iurejurando ei promit-
 tere debuerit, illud in Chanaan, ubi majores sui
 tumulati sunt, sepeliendum transferre. Porro
 ipsemet Dei Filius ad portas arbis Naim appro-
 pinquans, obvios habuit portitores quosdam
 qui juvenem quendam mortuum in feretro ja-
 centem ad sepulchrum deferebant, multique*

Gen. 47.

Ibidem.

Handwritten notes on the right page, including the words "scripti" and "Ibidem" written vertically, and the number "26" written horizontally.

Luc. 7.

stipati erant, qui valde eum desolebant, præcipue vero mater eum deplorabat amarius, utpote quæ nullam consolationem admittere, neque temperare lachrymas, ut dolorem mitigare poterat: *Erecede defunctus efferebatur filius unicus matris sue*: Dominus igitur pietate erga desolatam viduam motus, illam lachrymas compescere iussit, & propius ad feretrum accedens extensa manu tetigit illud, filiumque mortuum resuscitavit: *Et accessit & tetigit loculum, & resedit qui erat mortuus*. Speculemur in hoc facto, si ita vobis liber, non miraculi substantiam (quia Deus potest facere quod vult, cum sit Dominus vite & mortis: *Mors & vita in manu Domini*. Et potest de lapidibus suscitare filios *Abrahæ*) sed modum, quo operatus est prædictum miraculum: *Tetigit loculum*: Quid illi opus erat manuum loco applicare? nunquid mortuum unico obtutu, vel unica tantum cogitatione resuscitare potuit? Aliam quandam huic non abhñmlem historiam refert S. Evangelista *Marthæus*: Nam Salvatorem nostrum à certo quodam Principe rogatum esse scribit, ut venire non dedignaretur ad resuscitandam à mortuis filiam suam quæ paulò ante ex hac vita emigrat: *Ecco Princeps unus accessit, & adorabat eum dicens: Domine filia mea modo defuncta est*; Dominus igitur ad hanc ei gratiam præstandam non parum propensus, in dicti Principis domum se recipiens ingressus est conclave, in quo cadaver filie expositum erat, eamque per manum apprehendens vitam restituit: *Tenuit manum eius, & surrexit puella*. Dionysius Carthusianus causam inquit, cur Filius Dei hæc filiam resuscitaturus, manum puellæ hujus manu sua apprehenderit, qui millenis aliis modis miraculum istud operari poterat. Etenim omnium harum difficultatum intelligentiam ex historia quadam in Regum Libris descripta elicere facili negotio poterimus. Ibi namque de pauperculo quodam homine viatore à latronum ioculo refertur, eum in sepulchrum quoddam delatum esse, in quod S. Eliseus Propheta paulò ante sepultus fuerat, qui mox ut in sepulchri foveam immisus fuerat, ad contrarium corporis S. Elisei protinus resuscitatus fuit: *Quidam autem sepulchri hominem projecerunt cadaver in sepulchro Elisei, quod cunctis esset ossa Elisei, re vivit homo, & stetit super pedes suos*. Quod si igitur ossa alicujus demortui Prophete hac virtute prædicta erant, quareò magis caro, humanitas, & manus viva Prophete omnium Prophetarum

Matth. 9.

4. Reg. 13.

Christi Domini nostri eandem habebant? Quis manifestam habemus experientiam in beatae Principis filia: *Tenuit manum eius, & surrexit puella*. Unde Carthusianus dicit: *Quamvis Saluator sine contactu petri non rediisset in vitam, tenuit tamen manum ipsius ostendendum, quod sua caro exiit in spiritum, & unita ac operantis Deitatis*. Et rationem reddit Sanctus Cyrillus Alexandrinus, ejus quod scilicet Christus filium viduæ suscitaverit tangendo feretrum in quo mortuus jacebat: *Tetigit loculum*. En ipsissima loculi Doctoris verba: *Feretrum tetigit, ut egeret efficacem esse sacrum Christi corpus ad hominum salutem, est enim corpus, vita & caro veri Dominipotentis, cuius habet virtutem*. Nunc igitur rationem quoque audite cur S. Patriarcha Jacob tanta cum instantia & medio iuramento Josephum filium suum rogarit, ut illum in Chanaan juxta prædecessores majores sussepeliret. Est enim doctissimi Abulensis opinio, quod S. Patriarcha lumine divinæ revelationis præviderit, Messiam in illam terram Chanaan venturum, eamque sacratissimo pedis calcaturum esse, sperantque proinde hunc contactum pedis illius sanctificantis ad terram hanc habituram esse efficaciam, ut omnes Patres in eo loco sepulti inde resuscitandi essent, præcipue tempore quo ipse à morte ad vitam gloriose resurrecturus esset. Causa autem quare volebat in sepulchro illo sepeliri, erat, quia Jacob videbat in spiritu, quod Messias in terra illa conservari debebat, & resurgere: Credidit ergo quod sicut multa corpora sanctorum cum ipso resurrectura erant, ita ipse posset cum eis resurgere, & sic teneret ab omnibus Catholicis factum fuisse. Per quam obrem etiam respondetur, at etiã ad punctum principale primæ difficultatis qua quærebatur, cum & quomodo *Multa corpora S. qui dormierunt, surrexerunt*: virtus enim in eodem loco sepulti corporis Redemptoris nostri, talem terram virtutibus tementibus virtutem indidit, ut per hanc omnia corpora, quæ in districto sepulta erant, ad novam vitam resurgerent, ratione contactus & moralis & virtutis. Unde Paulus de Palatio resumens resurrectionem corporis per ossium Elisei contactum, formam argumentum à fortiori dicendo: *Sic cadaver illud vitam desiditio se Elisei ossibus adiuvant, ut viveret: quid miraris, si omnia quæ in monumentis jacebant cadavera eodem vitam deside-*

no sua sepulchra referantur: venientem Chri-
sti: iam suscipere, cuius tacta resurgere?]
Hoc si corpus Domini potius fuit ad recipi-
endum corpus e manibus mortis, utique ejus-
dem sacratissimi corpus sub speciebus sacra-
mentalibus realiter præiens existens, virtutem
suum manibus purgatorii applicando oppor-
tunum erit ad illas ex peccatis eripendas, at-
que in paradysum introducendas remedium.
Unde Iudocus Clithoveus: [Si veteri in lege
sacrificia & oblationes factæ pro peccatis mor-
tuum eis credebantur prodesse, nonne po-
teriori ratione sacrificium illud excellentissi-
mum, novæ legis sacrosanctum scilicet Eu-
charistic Sacramentum per manus Sacerdo-
tum in altari oblatum præstat etiam defun-
ctorum liberationem à penis, quibus desinen-

9. Verum cum ubicunque est corpus, ibi
quoque per concomitantiam sit sanguis, idèd
hoc ego utrumque in præfenti discursu sepa-
re constitui. Quidam igitur hucusque à
me dictum fuit? Hoc videlicet quod virtus
corporei Eucharistici animabus purgantibus
applicata, eisdem magno sit auxilio & refrige-
rio. Idem igitur à nobis de pretiosissimo san-
guine in altari per Sacerdotem oblato tan-
quam certissima & Catholica veritas, affir-
mandum est. Unde Guilielmus Durandus ait:

[Quæ pia mater Ecclesia non solum pro vi-
vorum etiam pro defunctis: & eos Deo Pa-
trique oblationis intercessione commendat,
confidit credens, quod sanguis ille pretiosus,
qui pro multis effusus est in remissionem pec-
catorum, non solum ad salutem viventium,
sed etiam ad liberationem valeat defunctorum.
Id quod Deus noster nobis in figura signi-
ficare voluit per illud præceptum quod Israelitis
impositum, quo illis prohibuit, ne sub gravissimæ
maledictionis suæ reatu animalium sanguinem
ullo modo manducaret: *Hom: quilibet de sva-
nisi comederit sanguinem obfirmabo faciem me-
am contra animam illius, & disperdavi eam de
prope suo.* Et ratio est, quia aliusimus volebat,
ut sanguis nullo alio sine deserviret, quam pro
oblationibus pro animabus hominum immo-
latis: *Quia ego dedi illum vobis ut super altari in
eo expiatis pro animabus vestris, & sanguis pro a-
nima piaculo sit.* Eum verò capere haud quaquã
ratus, quomodo mortuæ alicujus victimæ san-
guis, talem animas ab immunditiebus peccato-
rum purgandi virtutem habuerit. Scio equidem

antiquorum opinionem fuisse, sanguinem pue-
rorum à senibus potatum, vitam prolongandi
virtutem in se continere, ut refert Macilius
Ficinus. Porro Scriptores illi qui secretis na-
turæ investigandis dant operam, dicunt qui-
dem sanguinem Pelicani ea esse virtute prædi-
tum, ut pullos suos mortuos vivificare possit,
sanguinem Comitæ vermibus virtutem habere tam-
pendi ferrum & lapides; sanguinem hirci vim
habere ad constringendos vel diminuendos
adamantes, igni pariter & ferro resistendi, san-
guinem etiam è dextera Columbæ ala elicitum
ad conservandum & recuperandum visum val-
de esse efficacem: sanguinem denique huma-
num radicibus arefactæ arboris applicatum,
sufficientem esse ad hoc ut eam faciat revivif-
cere, & flores in magna copia producere: at
verò quod animalium sanguis ad animas no-
stras lavandas efficaciam habeat, easque ab im-
munditie peccatis mundare possit, id equidem
valde mihi difficile esse videtur: Verum à fi-
gura ad figuratum transeamus, sic enim diffi-
cultatis nostræ intelligentiam facile obtinebi-
mus. Ex quo igitur victimæ in veteri Testa-
mento Deo oblata, figuræ erant sacrificiorum
illorum, quæ in altari celebrari debebant in Te-
stamento novo: utique sanguis animalium il-
lorum agni immaculati tunc in ara Crucis,
nunc verò in altari æterno Patri pro peccatis
nostris sacrificandi sanguinem repræsentabat:
Et de hoc intelligendus erat Deus, quando dixit:
*Ego dedi illum vobis, ut super altare in eo expiatis
pro animabus vestris, & sanguis pro anima pia-
culo sit.* Levit. 17. Loquebatur etenim de sangui-
ne Redemptoris nostri, præcipue verò sub spe-
ciebus Sacramentalibus absconditi. Hinc igitur
stabilitur, quod per manum Sacerdotis in altari
fiat oblatio pro animabus intra ardentissimas
purgatorii flammis detentis: *Dedi vobis san-
guinem* (inquit Doctor Angelicus) *id est, sacri-
ficium corporis & sanguini Christi, pro animabus
scilicet quæ sunt in purgatorio.* Et hoc sensu Za-
chariam Prophetam locutum esse credo, quan-
do facinora veracis Messie enumerans, de san-
guine præcipue dixit: *In sanguine Testamenti sui
emissi vindictas tuas de lacu.* Id est, ut explicat
quidam Modetius, per virtutem pretiosissimi
sanguinis tui, benedictas animas piacularibus
purgatorii flammis etuatas libertate donabis:
*que verba de animalium liberationis à purgatrio-
bus flammis exponantur.*

10. Multum in hunc, omnesque mystici
circulus

Marfil. di-
citur de
tuentia
veneris

D. Thom.
opus. 18.
de sacr.
Alo.

Zach. 9.

Aloysius
Novar. in
Agn.
Euch. 4. 58
nu. 669.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Medicab" and other illegible characters.

eventus fuerunt, qui in Passione Christi Salvatoris nostri acciderunt. Inter alios unus fuit, permisso traditionis qua Apostolus quidam valde charus cum Hebraeis tradidit & vendidit. Hujus autem venditionis causam investigare desidero. Dicit forsas aliquis id factum fuisse, ut Judas suam expleret aviditatem, hoc autem sustineri nequit, siquidem Judas datam sibi pecuniam acceptare & retinere noluit, quin potius ad Syagrogam denuo reportavit: *Retulit argenteos principibus Sacerdotum, & Seni ribus dicens: Peccavi tradens sanguinem justum.* Matth. 27. Imò nec Hebraei pecuniam illam voluerunt recipere: *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium san-ctis est.* Quo siue igitur venditus est, si nullus comparatum ex illa venditione pretium voluit acceptare? Audite quid ad hoc S. Maximus, Ambrosius & Augustinus respondeant: Christus, inquit, se vendi permisit, ut pretium sui adhiberetur ad comparandum agrum quendam pro faciendocemeterio, in quo sepelirentur corpora peregrinorum, qui tunc moriebantur, quorumque cadavera insepulta saepe manebant, inter injurias aeris, pluviae, grandinis, rapaciumque volucrum voracitati aliorumque animalium carnivororum etiam exposita: *Emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum.* Eodem vero occasione hic mihi suggeritur interrogandi, quidnam Christus Dominus noster plus aestimaverit, an corpora nostra, an verò animas nostras? Et quidem probè scio, quod mihi responsuri sitis, ipsum unicam duntaxat animam incomparabiliter plus aestimasse, quam millena, imò centies millena corpora; siquidem illa immortalis est, haec verò putredo, faex, & esca vermium sunt; Quod si igitur filius Dei voluit, ut ad impertinentiam corporis mortuorum requiem & honestam sepulturam, applicarentur 30. denarii pretium videlicet sui sacratissimi sanguinis, quis sibi imaginari poterit, quod Deus ad danda requiem & Paradisum animabus nostris medum aliquid non adveniret proportionatum. Vult igitur (inquit S. Augst.) ut isdem idemque sanguis suus applicetur, qui à Sacerdote in altari sub speciebus sacramentalibus vini offertur. Nam ejus virtute solutis debitis in hac vita peccata commissa contractis, è purgatorii carcere egrediuntur, atque ad fruendum Paradisi caelestis requie destinantur: *Providentia Dei effectum est* (inquit supradicti Doctores) *ut pretium Salvatoris non peccatoribus sumptum*

Aug. ser.
de carnis

praberet, sed peregrinis requiem subministrare. Jam exinde Christus & virtus sanguinis in passione redimat, & mortuus pro peccatis nostris spiciat, ut peregrinis qui suademo, & in patria exules saeculantur (quales sunt animae in purgatorio ab aeterna & caelesti patriaculantes) *Requies Christi sanguine providetur.*

11. Latio bonus in parabolo doloroso Crucis suspensus, atque de Divina misericordia confusus, jam jam expiraturus ad Patrem in Cruce etiam moribundum & languentem se convertit, & Paradisum ab eodem expectit dicens: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Et ecce maximam hujus conditionis felicitatem, siquidem in morte premium illud obtinuit, quo se in vitam dignum reddidit: Christus enim hanc ei egregiam praestitit, ut ei diceret: *Amen dico tibi, hodie morieris in Paradiso;* quali diceret, gratia illius quam nunc tibi polliceor executionem hodie assequeris. Etenim hac in re duo praecipue considerari merentur; Primum est substantiam alterum verò circumstantiam quendam. Quoad substantiam magnum quid mihi esse videtur, audire latronem al quem obtine Paradisum, qui pro tot tantisque scelentibus centesipemtus fuerat infernum: Quantum verò circumstantiam attinet, quae in hac dictione *Hodie*, consistit, mirum est, undetanta sollicitudo sollicitudo? *Hodie?* cur non erat? Etenim ut ipsa quoque Justitia punitiva suo jure non fraudaretur, sed vim suam expedire extenderet, convenire videbatur, ut prius aliquod genus condemnaretur poenarum vel supplicii, non verò subito transmitteretur ad Paradisum prius inquam pro tot culpis commissis quem praestaret satisfactionis actum, postea verò Divina misericordia lubingrediens, aliquorum impetraret remissionem. Memento mihi me; nolo enim tot poenas, nolo tot satisfactiones, ab eo praemitti: *Hodie, hodie morieris in Paradiso.* Quod si hujus tam pulchrae difficultatis solutionem desideramus, observandum nobis est, ex qua parte lato ille justus crucifixus fuerit? ad dextram Christi, & beatus quidem, et namque tanquam electo dextra debebatur, alteri verò sinistra, tanquam peccatore. Attenti igitur estote, à dextris quoque Longinus stetit, quando lancea istum Christum Salvatoris nostri lateri impexit; Et quid inde subsequutum fuit; *Exiit sanguis & aqua.* Illi igitur pretiosus sanguis, qui illo lateri in

propreo erat ad istum lancea tanto cum impe-
 ditus egressus fuit (ad eum fere modum quo
 dicitur ab eperro quodam Chirurgo aperitur bra-
 chium alioque vena grossa & sanguine tumida san-
 guis ingreditur cum lura prophanare cernitur) ut
 ipsum quoque boni latronis corpus guttis ali-
 quot confpessit; atque ideo pretiosissimi illius
 sanguinis modice guttule talem in se virtutem
 esse probatur, ut animam ejus ab omnibus pœ-
 nis tot luctis & homicidiis ab eo perpetratis debi-
 tis liberaret, Unde Hugo Aetherianus ad meum
 propositum concludit dicens: *Sacratissimo san-
 guine Larrille confpessus est, ipsi Angelis velocior
 factus est, idcirco in istu oculis cum ipso Salvatore
 Paradysum intrauit.* Nunc igitur argumentum
 quoddam à priori efformemus: Quod si san-
 guis Salvatoris in propria specie animæ cujus-
 dam ateo perversi peccatoris applicatus, causa
 fuit, quod Paradysum confectum obtinuerit,
 quanto magis dicendum erit, quod animæ in
 gremio Dei confilientes eodem protus die in cœ-
 lum evolent, quo sanguis Salvatoris sub spe-
 ciebus Sacramentalibus illis à Sacerdote appli-
 catur? Videtur etenim mihi Filius Dei talibus
 animabus eo in casu dicere: *Hodie pro vobis in
 istis locis meus offertur, hodie quoque e tot
 pœnis quas in Purgatorio patimini, egrediemi-
 ni, ut in Paradysum: Hodie mecum
 in Paradysum.*

Ex diversis Historiis, & variis ipsorum
 sanctorum demonstrationibus & testi-
 moniis facile conjicere possumus, quantæ utili-
 tatis hæc suffragia corporis, & sanguinis Sal-
 vatoris, quæ à Sacerdote pro illis in Missa æterno
 Patri offeruntur. Guilielmus Durandus de certo
 quodam Abbate refert, hunc suis Monachis pro-
 hibuisse, ne die Dominico Missam pro defun-
 ctis celebrarent; sed quid factum est? *Mortui
 propter hoc durissimis verbis eum afflixerunt,
 & ad prohibitionem hujusmodi revocavit.* Nul-
 lus quidem invenire scio, qui mortuis benefa-
 cere recusat, bene tamen summiter teneo multos
 esse qui live ex obligatione charitatis, sive ex
 legatis, defunctis benefacere obstringuntur,
 & tamen illud facere seu exequi vel obliviscan-
 tur, vel differant, vel omnino omitant. Huc
 addidit vir juvenis, nunquid Pater tuus mori-
 cas in Testamento suo te obstrinxit, ut tantam
 pecunie quantitatem tali daret Ecclesie? Imo
 verò à Pater, sic est. A dimplectine voluntatem
 Patris? Minime. Sed à quanto tempore jam
 mortuus fuit? Sex, octo, vel decem annos,
Parisi Quadragesimalis

O fili inique! & creatura erga miseram defuncti
 Patris cui animam crudelis & impia! Nunquid
 vides quod qua in adimpletionem voluntatis suæ
 mora, causa sit, cur anima illa bonis illis privetur,
 quæ congruum pœnis suis futura essent re-
 medium? *Propter hujusmodi tarditatem car. D. Tho.
 dantur orationes & sacrificia, quæ fierent pro ani-
 ma defuncti, ex quibus plurimum juvaretur. a. 16. n. 10.
 Ergo ex hujusmodi tarditate patitur detrimentum. ibid sed
 Estque hæc doctrina sancti Thomæ. Optime contra-
 igitur sanctus Pater noster Augustinus dicebat:
 Clamant quotidie qui jacent in tormentis; Cla-
 mant, & pauci sunt qui respondeant: ululant, & non
 est qui consoletur eos. O quam grandis crudeli-
 tas & inhumanitas! Clamant ad quos quotidie,
 qui dum vixerunt, multa mala pro nobis sustinere
 voluerunt, nec eis subvenire curantur. Et tamen
 verum est, inquit idem Magnus Pater noster,
 quod si jumentum aliquod in foveam caderet, de
 eo extrahendo sollicitudinem & industriam ad-
 hibitari eslemus, & tamen est jumentum ali-
 quod, nec ali-malo obnoxium, nisi quod in fo-
 veam prolapsum fuerit: Illis autem miseris ani-
 mabus, quæ inter flammam expiantur, nullus est
 qui ad illis in tantis necessitatibus succurrendum
 se convertat aut moveat: *Cadit Asinus, & om-
 nes eum sublevare festinant, sed clamat in tormen-
 tis fidelis, & non est qui respondeat.* Atque ideo
 à Patres & Matres optimum vobis consilium
 futurum esse existimarem, ut modo dum sancti
 estis pro animabus vestris expiandis solliciti sitis,
 & nolite expectare donec id per filios vestros fiat
 post mortem vestram; certi etenim estote, quod
 nullam vestri deinceps post mortem sint habituri
 memoriam, potius de aliis omnibus curabunt,
 quam ut legatis à vobis illis impositis satisfacere
 studeant. De quodam Patrefamilias Discipulus
 refert, quod in condito à se testamento multa
 legata pia ordinaverit, à filio suo post mor-
 tem expedienda. Abierunt igitur Religiosi, &
 quod Pater illis pro bono & salute animæ suæ
 Eleemosynæ loco in Testamento dandum
 ordinaverat, à filio suo frequenter efflagita-
 runt. Qui se nec jota unicum illis unquam
 daturum esse respondit, sed dixit: *Vel Pa-
 ter meus in Inferno est, vel in Paradyso, vel
 in Purgatorio: Si est in Inferno legata hæc eum
 juvare nequicquam poterunt, quod si vero est
 in Paradyso talibus suffragiis opus minime
 habebit: Quod si vero est in purgatorio: De-
 bet salvere pœnas sufferendo usque ad novissimum post Trin-
 quadrantem; Et postea concludit: Illa ergo bona serm. 103
 temporalia,**

Handwritten notes in the right margin, including the word "Paradysum" and other illegible scribbles.

Aug. ibi

Ddd temporalia

temporalia, quae iure hereditario possideo, non sic sub dubio pro anima eius expendam, sed torquatur, usque dum purgabitur. Potellae crudelitas major hac filii adeo impii in suum patrem ejusque animam in Purgatorio existentem.

13. Verum enim vero iterata vice verba illa à S. Patre nostro Augustino. Superius citata reperamus: *Nec eis subvenire curamus.* De egregio viro quodam legi, qui morti vicinus Testamentum condidit, omnesque suas divitias filio suo tanquam heredi reliquit, cum certa tamen quotundam onerum expediendorum conditione expressa, verbi gratia, ut varias puellas nobiles daret pro matrimonio, multa quoque per annum Missae sacrificia pro eo celebrari faceret, tot centena scuta tali vel tali hospitali & Xenodochio enumeraret: Mortuo igitur patre Testamentum restabat à filio, qui multa variaque sibi imposta esse legata intelligens, neque illa adimplere unquam intendens, hanc subitus sepulchri lapidem inscriptionem exculpi curavit.

*Durus Durandus manet hic sub lapide duro
Quod ipse non fecit, nec ego facere curo.*

Id est, Ditus appellabatur Pater meus, qui sub hoc lapide quiescit sepultus, eratque ex familia Durandus, hic pro beneficio animae suae varia reliquit expedienda legata, quae cum ipse pro se non expediret pro eo tempore quo vivus erat, nec ego eadem expedire curabo eo jam mortuo, ut verificetur de me dictum illud Augustini: *Nec eis subvenire curamus.*

14. Nec est quod mihi replices, id quidem ab illis filiis fieri posse, qui omnis prorsus affectus & amoris erga parentes suos expertes esse noscuntur; non autem id de tuis posse filiis praesumi: Etenim nescio an filii tui majori te prosecuturi sint affectu, quam fuerit ille quo Apostoli suum sunt Magistrum prosecuti; qui dum discipulis mortem suam praediceret, non multum eam auditam fuere consternati, imo verò mox inter se contendere & rixari coeperunt, quis eorum in ejus locum successurus esset, aliisque omnibus praemineret: *Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse major?* Super quae verba B. Thomas noster à villa nova dicit: *Eccce Dominus, Vil. nov. in propinquus erat Passioni, & oblii passionis Domini con. de la. de principatu ligabans.* Tu quidem tibi imaginari filios magno fetu & lachrymis mortem tuam lamentaturos, deque salute tua promovenda sollicitos futuros esse, sed graviter erras, ipsi

Luc. 22.

B. Tho. à

Vil. nov. in

con. de la.

de principatu

ligabans.

Tu quidem tibi

imaginari filios

magno fetu &

lachrymis mortem

tuam lamentaturos,

deque salute tua

promovenda

sollicitos futuros

esse, sed graviter

erras, ipsi

namque ridebunt, eò quod divitiarum earum absoluti facti sint Domini & litigati inter se accipient, quilibet majorem vel meliorem hereditatis partem sibi vendicando, & intra quatuor annos dissipando, quicquid tot annis sequacibus probis laboribus congregare studuisti. Ac proinde meum velim sequi consilium; Noli sperare in amicos, parentes, aut filios tuos, sed bene de anima tua hoc eodem tempore & hora qua vis & vales; Et ad minus animas vestras communi-
liorum adjuvate, quas merito juvene-
valetis. Dixi, orationibus, quia haec plerumque valent & estimari debent, & magnam eis pro quibus effunduntur utilitatem adhaerent. Patero de B. Gelsio Abbate Cisterciensi legitur, eorum quendam nobilem ei cumulum quendam pecuniarum Eleemosynarum loco donasse, sub hoc ut pro tali Eleemosyna, suffragia aliqua mortuis impenderet. Recepta igitur Eleemosyna, Beatus mox genua flexit, & Psalmum *Deprofundis* de voce recitavit. Quod nonnemo ex devotoribus nobilis illius videns & audiens libitudo dixit; Pro tanta pecunia tantilla oratione, qualis est Psalmus *De profundis* recitatur? Ego eandem orationem pro tanta pecunia milles dicere vellem: *Non semel tantum sed milia precor, argenti copia Psalmum repetere.* Cui mox Beatus respondit: Utrum plura valeat ex hisce ambobus? Orationem sive Psalmum *De profundis*, an vero pecuniam? Moxque coram eo paulisper expectare à se iusto Libram quendam produxit, in cujus una haec pecunia, in altera vero Psalmum in charta quadam descriptum collocavit: (Mittam dicta, charta illa instar ferri ponderosa cum impetu ad terram usque descendens, argentum quod mole de aere merito multum erat, quasi levissimam palemam elevat, sicque omnibus cernentibus & admirantibus manet. Quando igitur non est nobis commodum, ut curetis dici pro defunctis vestris Missas, ad minus easdem per orationem succurrite, maxime cum ut modo audivistis, unicus tantum Psalmus tanti sit valoris: Etenim vero si mortuis per orationum suffragia succurrere tenuis; Audi calum summe stupendum qui te merito in hore & confusione replicat. Refert igitur sanctus Vincentius Ferrerius Dæmonem Angeli boni forma indutum ad Eremitam quendam in desertum concessisse, eique ficta quadam pietate persuadere rem aliquam contendi, sed quamnam illam fuisse estimatis? Num forte ut erga solitudinam veritas

PARS SECUNDA.

15. Scio equidem quod pietate & compassione erga animas purgatorii morti deditis Eleemosynas, & insuper prompti atque parati sitis iisdem subvenire per orationes, Missarum sacrificia, & alia eiusdem generis suffragia, ac proinde curiosi esse videmini, ut aliquam vobis occurrentem difficultatem resolvam, eaque si fallor, hæc est: Certum etenim est animam quæ est in purgatorio, capacem esse ejus boni quod in ejus obsequium, commodum & utilitatem præstat. Punctum autem hujusce difficultatis in eo consistit. Quod si anima quædam (quod tamen Deus clementer avertat) esset in inferno, adeoque suffragiorum sanctæ Ecclesiæ percipiendorum incapax esset, & consequenter illa tali animæ applicata vana essent & frustranea. Nam quæ sine fide operantur per dilectionem, eju quo Sacramentis de corpore exierunt, frustra illis à suis hujusmodi pietatis officia impenduntur, ut docet Magister sententiarum. Vel si talis anima foret in paradiso, ibi nostris suffragiis nullo modo opus habebit, ut docet S. Thomas hinc verbis: *Injuria est in Ecclesia orare pro Martyre, cujus nos debemus orationibus adjuvari.* Ego suffragia quæ animæ alicujus alibi quam in Purgatorio existentis applicantur superflua evadunt. Respondeo ad hoc primo cum S. Augustino qui dicit quod dimittas incertum, ut accipias certum cum igitur incertum sit, & scire nequeamus an talis anima in cælo sit, an vero in Inferno, certum vero sit talem animam vere fuisse peccatricem, ac proinde nesciamus utrum æternam gloriam meruerit possidere, aucti conclusionem ejusdem sancti Patris nostri, qui dicit: *Ergo dum certus non sis, quod nec damnatus sint, orare pro eis non differas, quia bonis suis non indigent, qui beati sunt, & mali non obtinent, quia damnati sunt.*

16. Etiam si hæc responsio tibi d. si illis esse videatur, ecce tibi pro ejus faciliiori intelligentia sequentem scripturæ passum, qui similitudinis loco inservere poterit. Cum Noë sciendi percipidus existeret an aquæ diluvi cessassent, an vero non, scitis hanc ab eo excogitam fuisse inventionem, ut scilicet columbam quandam veluti veritatis istius investigatricem ex arca dimitteret; Prima quidem vice dicit sacer textus, quod *Cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad arcam.* Ita quoque bonum illud opus quod pro anima aliqua in Infernum

Mag. sent. in 4. dist.

D. Thom. in 4. dist.

Aug. tom. 10 ser. 44.

Gen. 8.

D d d 2

con-

sequere ad conveniendum cum secularibus ad electionem recipiatur aut se sibi morem tanta auctoritate constituit, fuisse illi majorem in abstinens discretione: Minime, sed simulata quodam pietate eum rogavit, ut pro nonnullis carnis suæ suffragio quodam paulo ante submersis, nec vero in purgatorii picularibus flammis constitutis suam ad Deum orationem faceret. Hæc ipsissima sancti Vincentii verba: *Nota de illi Ermita, cui Daemon apparuit in forma hominis dicens: Talem novus submersus est: Ora pro animabus quæ sunt in purgatorio.* Per quod addidit exemplum aliud tibi persuadere non movet, nisi quod ipsemet Daemon pietatem aliquam licet fidam erga animas illas exhibeat, & vos adeo immanes & crudeles eritis, ut iisdem animabus nec simulatam nec veram exhibeatis? Ipsomet igitur Dæmone crudelioris & inhumanioreis eritis? O utinam cælum talem a Christiano abominabilem & detestabilem novum verrat. Et quidem si hæc animarum mortuorum veltorum immemores fuistis, ea quæ hodie vobis in memoriam deo suo revocare, per suffragia prædicta eos adjuvando. Velim aures veltis pariter & animum veltis, indabit eamque lamentabiles cauntem animarum voces percipietis, quibus vos ad pietatem commovere satagunt, ut aliquod saltem suffragii genus in earum sublevamen porrigere non desinamini. Nunquid igitur eas inter clamantes auditis? *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Quæ verba Hugo Floriacensis primo de Animabus ita interpretatur: *Clamant Fideles defuncti: Miseremini mei pro nobis orando, & miseremini mei pro nobis Eleemosynas largiendo.* Hanc igitur illis consolationem pro tantarum peccatorum aliquali sublevamine eis subministrare; Eleemosynam aliquam eis dispensare; nam si eas liberati divina Clementia ita disponeote contigerit, eisque si remittis sine paucis æternam dare gloriam decreverit, certi estote, quod ad contestandam suam erga vos gratitudinem Deum quoque pro vobis rogabunt, ut ab omnibus vos malis, nec aui inimicis corporibus & spiritalibus liberet.

Nra suspitione liberati in gloria recepi jurabant nos suis afflictionibus & orationibus sanctis inquit idemmet Hugo.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the number '26' and some illegible text.

condemnata facis, non inueniens subiectum cui utile esse possit, quasi Columba à te emissã ad te denuo reuertitur, id est, in tuam cedit utilitatem, ac proinde bene David dixit: *Oratio tua in sinu tuo conuertetur. Quia suffragia qua pro aliis sunt, facientibus profunt, ut inquit Doctor Angelicus.* Secunda autem vice columba ad Noënum rediit, adferens in rostro suo ramum oliuæ, signum pacis: *Venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo, quod diluuium cessasse demonstrabat.* Eodem igitur modo quod si anima illa fuerit in Paradiso, oratio, Eleemosyna, jejuniũ quod facis, vel Missa quæ pro ea celebratur, ad te denuo reuertitur, tibi pariter indicans diluuiã pœnarum quoad talem animam cessasse, ideoque per oliuam pacis gloriæ serenitatem tibi demonstrat. Tertia autem vice Columba ad arcam amplius non rediit: *Quia non est reuersa ultra ad eum.* Quod idem est, ac si diceretur, cum bonum illud opus pro animabus purgatorii factum sit, eaque illius fructus percipiendi capaces existant, ideo in illis verè quiescit, ut potè qui magnam exinde percipiunt utilitatem, vel mitigando pœnas vel ut ob illud totaliter à Deo liberentur: Porro id quod hæc tenus diximus appositè per Joannem Cluniacensem confirmatur, dum ait: *Per Coferm. 1. de defunctis.*

Psal. 34. D. Thom. ubi supr.

Io. Clun. defunctis.

17. Enimverò alia quædam circa hodiernum Evangelium mihi occurrunt, ad eandem purgatorii animas spectantia. Erenim Christus interrogat in quo loco Lazarum sepelierint: ubi posuisti eum. Dicunt ei, Domine veni ego vide. Dicat hic aliquis; Christus multum sibi hic videtur præjudicare, dum se exhibet velut ignorantem ubi sit Lazari sepulchrum, aut si novit omnia, ut potè scientiam habens infinitam, cur interrogat, ac si nesciret? Respondet Theophylactus.

Interrogat non ut ignorans sed patens quia voluit ut in miraculo resurrectionis Lazari circumstantia quoque concurrerent Christo ad minus precibus orationibus suis cooperantes: Verum vult conari ab eis discere, ne se ipsum miraculo temere agere videretur, sed exortatus facere. Per hoc vobis insinuare volens, quod tamen Deus autem purgatorii absolute liberate possit, nostra tantum suffragia, nec non & orationes nostras ad id conducere velit.

18. Ad hæc cum Filius Dei ad sepulchrum Lazari venisset turbatus spiritu amare flere coepit. *Infirmus spiritus, turbavit semetipsum, ego lacrimatus est Iesus.* Cur super illo mortuo ploravit, sciens se eum resuscitaturum posse & velle? cur de morte ejus turbatus, quem per vitæ relictionem lætificare decreverat? forte ideo fleuit, ut circumstantium corda aqua lachrymarum emolliret? Audite S. Cyril. Alexandrin. *Flebat enim Dominus pro parte humanitatis, quem resuscitaturus erat per potentiam Divinitatis.* Per fleum hunc hominem se, id est, eiga mortuum Lazarum benignum probare voluit, ut dicerentur animalium defunctorum per orationum suffragia ex compassione succurrere, idque quoad à nobis citius fieri potest, & sine ulteriori de mente in mentem, & de anno in annum dilatione, si quidem ubi major urget necessitas, ibi promittis majorique cum sollicitudine adferri debet subsidium. Quænam autem necessitas major esse potest illa, cui subjacent animæ purgatorii: igitur quoad à nostris suffragiis prætolari possunt bonum recordari nequaquam debet. Unde Gregorius ait: *Naturale est homini citius subvenire magis afflicto, quam etiam animabus in purgatorio existentibus præcipue gravissimas afflictiones compati debemus.* Etiam sollicitudinem à duabus Lazarum sororibus Martha & Magdalena velim ediscamus. Quorum cum mox ut intellexit Christum in via esse ut domum suam ingrederetur, nequaquam ei obviam procedere distulit: *Martha ergo ut audivit, quia Iesus venit, occurrit illi.* S. Petrus Chrysost. *Martham pro Christo obviam procedentem ecurrere dicit: Cur Mulier currit.* Equaniam autem hæc est Martha incivilitas ut per plateas publicas currat? Eandem de Magdalena pariter legitur, quod dum ei domum in tristitia & mœiore animi sedenti superveniens soror ejus Martha, Dominum suum in via esse nuntiaret, illa cognatos & amicos solatii dandi causâ illi præsentem dereliquit, & concito gressu obviam ei processit: *Ille non dixit, surgis cito, ego veni ad illum.* Sed quomodo

hec est tanta harum mulierum festinatio? Cur
 stio festum & senlate progrediantur? Etenim
 pro hoc festo facilius intelligenda observanda est
 laudabilis quaedam S. Maris Ecclesie conseru-
 ditio, cuius mentionem facit Guilielmus Duran-
 dus, qui dicit, quod si Anniversarium quoddam
 pro anima aliquis defuncti in die Dominica ce-
 lebrandum occurrat, contrarium faciendum esse
 quod Ecclesia facere solet in translatione
 festi aliquis sancti, cum enim officium detali
 festo celebrandum differatur ad diem sequen-
 tem non impeditur, Anniversarium tamen de-
 festi non debeat differri in diem sequentem
 sed potius praeferi, seu praeponi in diem quae
 Dominicam immediate antecedit: *Annversari-
 um si conti. erit in die Dominica, vel in aliqua ce-
 lebrari solennitate, non debet trahi ad sequentem
 diem, prout fit in festis sanctorum, sed fiat in die pro-
 cedenti.* Et ratio haec est, ut citius occurratur panis
 defunctorum quae in purgatorio sustinent. Et hinc
 quodammodo, quod Mattha currit, & Magdalena
 iungit, ut scilicet nobis per hoc insinuent,
 quod quando agitur de beneficiis vel suffragiis
 mortuis impendendis, prout haec duae sorores de-
 festo fratris suo facere intendebant, cavenda sit
 certis moris siue dilatio, maximaque cum solli-
 citudine ad Dominum recurrendum esse: *Et om-
 nes supplicantes moram celerius ad Christum
 veni. ad fratris mortem miserationis affectu nun-
 tiant.*

Adhaec mortuis impendenda suffragia,
 etiam cum sollicitudine, verum etiam cum
 sollicitudine singulari expediti debent: non vero
 facendum est more nonnullorum, qui post-
 quam vocam Missam pro defuncto celebrari cu-
 rant, abunde se fatiscisse existimantes, ab
 omni ulteriori illis bene faciendi conatu dein-

cepti desistunt. Poteo Dionysius Catholici dicit, Dionysius
 non esse praeterendum vel unicum diem sine *Caribus*
 expressa & efficaci defunctorum Fidelium me- *in comm.*
 moria: *valde decens est, ut quilibet Chri-
 stianus etiam quolibet die aliquid boni agat pro uni-
 versis fidelibus defunctis.* Idemque Salvator nos-
 ter persuadere voluisse videtur per diversorum
 actuum frequentiam, quos in resurrectione Laza-
 rari exercuit, quia nunc *infirmis spiritu*; nunc
lachrymatu est; nunc *venit ad monumentum*,
 nunc *elevat sursum*; nunc aeterno Patri suo gra-
 tias refert: *Pater gratias ago tibi quoniam audivisti.* *E. Simon*
me: Demum vero Clamarie voce magna, Laza- *Cass. l. 5. c.*
re veni foras. Id quod B. noster Simon Cassianus 15, in *E-*
confiderans dicit: Ingemnat actus, & iteras actio- *vangel.*
nes. Idque nobis in documentum esse debet, quo
 instrumur, quod ab actibus charitatis erga mor-
 tuos nunquam cessare debemus, sed *Ingeminare*, *Sueton. in*
actus, iterare actiones. Ita fecere amici Neronis, *Nerone.*
 licet gentiles essent, dum ejus sepulchrum novis
 semper floribus consperferunt: *Non desuere qui*
per longum tempus vermis a stiracis floribus tumu-
lum ejus ornarent. Ita Ovidius morti proximus
 Conjugem suam rogavit, ut mox sibi exequias
 & funeralia celebrari curaret:

Tu tamen extincto seralia munera semper *Ovid. l. 3.*
Dei, cuius lachryma humida tibi data. *Trist.*
Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis *Eleg. 2.*
Sentire officium mesta favilla pium.

Exempla haec instat calcantium nobis deservient
 quibus ad benefaciendum & succurrendum ani-
 mabus Purgatorii desolatis, illaque obsequia & *Aug. 1. 10.*
 suffragia continuanda sollicitemur; Interea praer- *serm. 44.*
 sentem discursum huius S. Patris nostri Augusti- *ad FE. in*
 ni verbis concludo. *Festinemus ergo o fratres pro* *Eremo sol.*
defunctis exorare, & ipsi festinent nos ad se vo- *301. col. z.*
care. *I. E.*

SERMO XXVIII.

IN DOMINICAM PASSIONIS.

Quis ex vobis arguet me de peccato, Joan. cap. 8.

CHRISTUM Dominum Redemptorem
 nostrum, non solum innocentis-
 simum & impeccabilem fuisse, sed ne-
 quidem fomitem vel propensionem

aliquam ad peccandum habuisse, certissimum est
 apud omnes Theologos, omnibusque qui facta
 Catholicae fidei dogmata inviolabiliter profitemur,
 profusum est manifestum; idque ob multas
 rationes.

D d d 3 ratio

Handwritten notes in the right margin, including the word "Lazarus" and other illegible text.